



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 3. Mira vis in volucres sanctis diuinitus concessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

Corbiniani Episcopi Frisingensis Romam euntis, cum versus asinum lacerasset, deorati loco, ipse sarcinam vectavit, imperante sancto Præsule, ex prædone præda factus, & patiens capistri. Helenus Abbas fatigatus sarcina, quam ferebat, onagrum iussit accedere, & dorsum oneri submittere. Paruit fera: & quam longè sancto placuit, onus ipsum peruenit. Idem à reperto crocodilo flumen transfuectus est, cum neque pons adesset, nec portitor appareret. Hanc vim sanctitas atque innocentia meretur, & confert astrorum Conditor, non astra,

Manil. li.
4. Idem
lib. 5.

vt voluit Manilius, qui mansuetarijs, per siderum impressionem dari putat, *Exorare tigres, rabiemq; auferre leoni.* Nam de eo, qui sub leone, & scorpio nascitur, ait:

*Ille manu vastos poterit frenare leones,
Et palpare lupos, pantheris ludere captis.*

§. III.

Mira vis in volucres Sanctis divinitus concessa.

ron. in
vit. Pauli.
3. Reg. 17.

Neq; serpentina duntaxat, aut quadrupes Sanctis paruerunt, verum etiam penatæ volucres. Quis enim nescit Eliam Thesbitem, & Paulum & Antonium eremcolas à corvo; Cuthbertum ab aquila pastos?

Hos? Iosephum Anchietam ab eadem Iouis armigera superuolitante, contra solis æstum, velut à clypeo teclum? Seuerus Abbas passerem habuit manibus eius intrepidè aduolantem, & porrectum capientem cibum. Quod minùs mirum est. Ad Maxentium Abbatem Pictauiensem, siluestres aues, relicto nemore, solebant ventitare, & absq; vlllo metu è manu eius tritici grana, & frustula panis, miculàsque surripere. Quid de illa auicula dicam, quæ raptum dulcedine cantus monachum, multis annis, sine cibo potuque, detinens, in silua, docuit, quanta esset voluptas cælestium gaudiorum? quorum imago fuit siluestris musica, ita aures suauiter permulcens, vt etiam ventrem satiaret.

§. IV.

Potestas Dinorum in aquatilia.

Aëris incolæ, imitatae sunt squamigeræ pecudes, incolæ aquarum, pisces, Diuis ad nutum obsecuti. Balæna Britannica insulæ instar extensa, & ad formam firmę terræ, vligine, immo gramine, secundùm dorsum eminentis marginem obsita, exscendente S. Maclouio, è nauis, & sacrificante, ad Numinis maiestatem cepit contremiscere, ac loco

Bed. in
vit. Cuth.
4. S. Hie